

1238.

1298 d. 5 Juni.

Tuna i Åker.

JOHAN ENGELS Fullmakt för Hegge i Telge, att vid Olands häradsting uppbjuda och till Ärkebiskopen gifva fasta på de i föregående salubref nämnde gårdar.

A. G. a. 2: 38.

Omnibus presentes litteras Inspecturis, JOHANNES dictus ANGELUS, salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes quod fideli meo heggoni quondam villico in Telgium committo potestatem & speciale mandatum, publicandi in communi pretorio Olandie, quod reuerendo patri domino meo, domino Nicolao diuina miseracione archiepiscopo vpsalensi, solui Nouem oras cum vno solido terre in villa forsum parochia skiepthamer & decem solidos terre in villa kumblum parochia baldingxstum, prout continetur in littera mea, super hoc confecta, committo eciam eidem potestatem & speciale mandatum adhibendi firmarios, in communi pretorio predicto super negocio supradicto, inducendi quoque procuratorem predicti patris in corporalem possessionem dictorum bonorum, Estimandi eciam & taxandi ex parte mea, cum discretis, quos dictus pater dominus meus archiepiscopus ad hoc deputauerit partem domorum in memorata villa forsi ad me pertinentem, In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum apud Tunir in aker anno domini Millesimo Ducentesimo, Nonagesimo Octauo Nonis Junij.

Sigillet, något skadadt, hänger på en ur brefvet klippt remsa.

1239.

1298 d. 26 Juni.

Arnö.

JOHAN ENGELS stadfästelse på sin broder Herr Carl Erlandssons anordning af Hjelmeryd, samt qvarn och landtboer inom Widbo såsom böter till Ärke-Biskopen i Upsala.

A. G. a. 2: 40.

Omnibus presentes litteras inspecturis, JOHANNES dictus ANGELUS, salutem in domino sempiternam, Noueritis me prouisionem & ordinationem curie hielmeryth, molendini, ac colonorum in vidhbo, que frater meus dominus karolus pro debitis suis persoluendis deputauit, Reuerendo patri ac domino meo, Domino .N. dei gracia archiepiscopo vpsalensi in testamento eiusdem domini karoli commissas, gratas & ratas habere, Prohibens omnibus & singulis per presentes, ne quis nomine meo interponere se presumat de premissis contra mandatum eiusdem domini vpsalensis donec per patentem litteras appareat super hijs ordinationem aliam emanasse, Datum apud arnø anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo VIII°. Die beatorum johannis & pauli Martirum.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.